



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Genovefa. 3. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

gumbam, illecebras peccandi declinabo. Non est mihi necessaria terrena felicitas, cœlum volo. Quære à te sapius, Bernardi exemplo, cur veneris in hunc mundum? An ut existimationi, commodis & voluptatibus servires? Cœlo natus es, Cœlum quære.

Ad quid venisti?

S. GENOVEFA.

3. Januarii.

Estote parati, quia quâ nescitis hora, filius hominis venturus est.

Math. 24.

NON ego GENOVEFAM laudem? cum vel parentes ejus, quod talem genuissent, B. Germanus laudavit. Transibat hic Luteciâ Parisiorum in Britannias, Pelagianos oppugnaturus, cum GENOVEFAM parvulam tunc puellam intuitus, latere in ea ingentem virtutem vidit. Itaque blandissimis verbis vitæ Religiosæ studium tenella suavit. At illa jam tunc annuit. Ergo monachos non capit nummum. Cruce insignem, jubeturq; è collo suspendere, nullo dehinc muliebri Mundo temerando. Arrha fuit hic nummus Christi Sponsæ, neque fefellit. Noluit deinceps parvula domi agere, sed su

offici.

officii identidem clamitabat esse, templa frequentare. Quare fuit, cum lachrymis suis molestant & clamoribus, mater alapa castigaret. At continuo caeca facinus suum vidit. Lucem deinde biennio post à Filia, cui dederat lucem, recepit. Cæterum hæc velo inter Virgines involuta, Parisiensibus contra omnes Attilæ exercitus unicum præsidium fuit. Cibum non nisi bis in hebdomade vinum virginitatis venenum nunquam admisit. Quoties coelum aspexit hoc gaudiis, illa lachrymis plure visa. Virtutem in absente Simeon Stylites laudavit & sæpiusculè salutavit per nuntios. Apud Reges Childericum, & Clodoveum tantum potuit, ut morte Virgo absolveret, quos iudices damnarant. Sed parum hoc est, quando idem apud Deum potuit, & lectulo damnatos ægros passim à morbis absolvit. Quid? quod, quem abstulerat, jam imperio GENOVEFÆ, puerum Mors reddidit, ut ne deesset, qui Virginem Matrem clamaret. *EX SMYRIO.*

MEDITATIO

De Morte.

Morieris, certum est, atque à Deo statutum, Nullus hominum huic resistit legi.

A 4

legi.

legi. Morieris. Capis hoc? propinquos, amicos,
opes relinques, terra corpus teget. Non videbunt
oculi, silebit lingua. Quid ita perituris adhaereas?
Cur tam molliter habeo corpus, quod vermibus
scatebit? Moriendum est, hoc perpende.

2. Latet me tempus, & locus obitus. Momen-
tum mihi praestare nequeo. Quam multi hodie oc-
cident, quibus nunc mortis suae non occurrit cogi-
tatio? Si nunc temporis e vivis excedendum mihi
esset, quid de me fieret? quò abirem? Quis fu-
turæ poenitentiae spem fecit? Ah! quando tempus
& locum mortis ignoro, ubique & semper eam
praestolabor. Quoniam ubiq; temore expectas, si sapiens
fueris, ubiq; eam expectabis. Bern.

3. Peccato fui obnoxius, an Deo gratus mori-
entia? ignoro. An futurus sit obitus ad vitam, vel
ad poenam? nescio. Ad hanc veritatem non hor-
resco? Faciendum mihi est, ut salus mea ab omni
periculo tuta sit, mihiq; quasi quotidie morituro
vivendum. *Fac modò, qua moriens facta fuisse velis.*

S. RIGOBERTUS

4. Januarii.

*Dico autem vobis, quoniam omne
verbum otiosum, quod locuti fue-
rint homines, reddent rationem de
eo in die iudicij. Christus. Matth. cap. 12,*